



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et
Mi-||racvlis Clari, Opera**

Seuse, Heinrich

Coloniae, 1615

Vt ad rationalem quandam veræ resignationis scholam missus sit. Capvt
XXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38029

mortem superesse videretur, nisi à talibus abstineret, deinde missas illas fecit. Significatum est autem illi à Domino, eum viuendi rigoris & austeritatem, cunctaq; illa instituta & exercitia, non nisi bonum quoddam initium esse, & indomiti corporis sui mortificationem atq; edomationem: porro adhuc alia ratione eum premi & exercitari oportere, si modo rectè cum ipso agi deberet.

Vt ad rationalem quandam verae resignationis scholam missus sit.

CAPVT XXI.

Post hæc sedens quãdam nocte post multas preces in sedili suo, inter meditando factus est in ecstasi, putauitq; se in visu illo interno egregium quendam iuuenem supernè venientem cõspicere, sibiq; adstantem hunc in modum proloqui: Diu satis in minoribus ac triuialibus versatus & exercitatus in scholis, iam tempus est, vt ad altiora conuersas. Agè igitur mecum perge. Equidem ad principium huius temporariæ vitæ Gymnasium te perducam, vbi præclarissimæ dabis operam scientiæ, quæ veram tibi præstabit pacem, & bona initia ad felicem deducet exitum. His illa maior effectus, surrexit. At verò iuuenis apprehensa manu eius, duxit eum (vt ipsi videbatur) in regionem quandam spiritalem, vbi erat insignis domus, habitu ac specie cœnobij cuiusdam, in quo spirituales homines degerent. In hac domo illi morabantur, qui iam dictæ scientiæ studiosi

studiosè vacabant. Ingressus autem intro, comiter ac benignè receptus & salutatus est ab illis. Moxq; properarunt ad illius Pædagogij præfectum siue Rectorem, certiores eum redentes de cuiusdam aduentu, qui se in eius disciplinam tradere, & artem memoratam perdere statuisset. At ille se faciem eius contemplari velle respondit, & quid eo sperandum foret perspicere. Viso igitur illo, suaviter arripit, aitq;: Poterit profecto hospes hic noster in insignem huius præcellentis scientiæ Magistrū evadere, si æquanimiter sese velit offerre ergastulo, in quod eum conijci necesse est. Verba hæc obscurius prolata Minister necdum intelligens, vertit se ad iuuenem illum, qui ipsum introduxerat, hunc in modum sciscitans ex illo: Dic mihi, inquit, charissime, quænam est hæc præcipua Academia, eiusq; disciplina, cuius apud me mentionem habuisti? Respondit Iuuenis angelicus: Excellētissima huius Gymnasij disciplina non alia est, quam perfecta sui abnegatio & resignatio, qua quis vsque adeo à seipso deficiat & moriatur, ut qualemcunque se illi Deus exhibuerit siue per seipsum, siue per creaturas, & tam in aduersis, quam prosperis, semper æquabili & eodem esse animo nitatur cum abnegatione sui & quicquid ipsius est, quatenus quidem humana id potest præstare imbecillitas, solamque Dei laudem & honorem spectet: quemadmodum Christus Iesus erga cælestem Patrem suum perpetim sese gessit. Placebant ista Sipientiæ Ministro, dicebatque omninò se huic velle studere scientiæ, nec quicquam tam molestum ipsi posse occurrere, vnde ab

Kk

de ab

dè ab hac sententia retraheretur: iam quietè
 piebat moliri domicilij cuiusdam ædificium
 & multis sese inquietis occupare actionibus
 Quod Iuuenis prohibens, ait eam artem trã-
 quillum & religiosum expetere otium: quo
 toq; minùs quis ageret, eo reuerà plus eum
 cere: de ea videlicet actione loquens, qua
 se ipsum impedit, nec purè spectat honorè
 Hoc finito sermone, ilicò ad se redijt Minus
 sedensq; tacitus, alta cœpit mète reuoluere
 audièrat, aduertitq; verò prorsus esse consue-
 nea, & quæ ipse Christus docuerit. Itaq; ipse
 cum intus colloquens, ita ait: Inrorsus ad
 & vide quam re ipsa tete modo deprehendit
 vtq; cum omnibus ante memoratis exercitijs,
 exercitijs, quæ ex tuo tibi arbitrato adhibuit
 etiam dum irrefignatus sis ad externam sine
 alijs irrogatam perferendam aduersitatem
 Adhuc lepusculi trepidantis, atque alicubi
 ter arbuscula latitantis, & ad omnem cuiuslibet
 folij strepitum extimescentis in mortem, ab-
 liundè occurrentes afflictiones quotidie expo-
 uescis, ad adspectum eorum, qui tibi con-
 rij sunt, colorem mutas: vbi emori ac succum-
 bere deberes, fugis: vbi te ipsum paratum
 pliciter offerre, latitas. Si qui dem laudibus
 haris, rides: si vituperaris, doles. Quamobrem
 facile crediderim, sublimioris Scholæ exerci-
 tationibus opus tibi esse. Mox profundo peti-
 ris suspirio tollens oculos ad Deum, ait: O
 Deus æterne, quam liquido veritas ipsa
 explicata est? Heu me, quando tandem verè
 signatus ero?

Luc. 10.

Redditus sibi
 vt se repræ-
 henderit.

OIV
 45